

in veritate non stetit, -- quia mendax est, ipse & pater ejus: miris, etiam Doctissimum Alethinum k) amplexatum, cum istam loci Johannel interpretationem jam olim l) βιβλικώτα. Origenes meritò respuerit, Quæ vero his, ecclesiæ nempe ejusque statibus & Christo, & Gratia Divinæ adversantur, ANTI CHRISTUS & Babylon, & Sodoma, & Egyptus, nobis quidem nonnisi ex revelatione patefiunt, dæmonibus autem eo notiora facile cernuntur, ut pote quorum Babel domicilium \*) est, & ipse Satanus est †) spiritus antichristi, \*) cujus adventus est in Satana efficacia cum omni potentia & signis & prodigiis mendacibus.

\*) Apoc. XVIII, 2.

†) 1 Joh. IV, 3.

\*) 2 Thess. II, 9.

a) De fide dæmonum. b) De prestigiis dæmonum V, 23. p. 361. 20. c) Hæreses LXXXIV. p. 903. sq. d) Val. laud. Porfirius de Inspiratis p. 47. sq. 122. 167. sq. e) Hæres. XLIX, p. 418. f) Hæres. LXXIX. p. 1058. g) Epiph. Hæres. XXC. p. 1069. h) in Epitome Divinorum Decret. De Virginitate i) vid. Petav. Dogmatum Theol. de Angelis III, 2, 2. 4. Fragmentum Enocho tributum eandem fabulam tradens habes in Bangii Exercit. p. 25. f. k) in notis ad Petavii dogm. Theol. de Angelis III, 3. 2. p. 94. l) in Johannem p. 308.

### §. XX.

Restant opera divina JUSTITIÆ, quorum notitia dæmonibus tanto minus negari poterit, quo ea magis ad ipsos etiam spectant. REPROBATIONE hominum uti satanæ ditiones augentur, ita tentationes ad desperationem vergentes, dum sæpius lapsis vel gravius afflictis persuadere laborat eos reprobatos, in judicium ante descriptos, in iram constitutos esse, quamvis sua misceat mendacia, satis eæ tamen arguunt non incognita ipsi esse justa hæc DEI judicia. RESUSCITATIONEM MORTUORUM, corpora, peccatorum hic pariter ac variarum afflictionum consortia, ad poenarum vel præmiorum quoque communionem reducturam, nisi in tot exemplis vidissent, & in Christi resurrectione, tanquam summam regni ipsorum perniciem & pestem experti essent; sibi tamen non ignotam esse tum tot impugnationibus hujus doctrinæ, tum variis in assumta defunctorum specie apparitionibus, tum κακοζηλία & mortuorum in vitam fraudulenta reductione, qualem ab Hercule & Apollonio præstitam tradit Philostratus, a) satis monstraverunt. Et si nusquam se prodidisset Sovennensium spiritus, eo non Divinus, qualem se vendebat, sed mendax spectatus est, dum resuscitationem

De Reprobatione,

De Resurrectione mortuorum.

nem